

aut^a in laetitia magna constitutus. Tunc praeses iussit scapulas eius acutis ferreis confringi^b. Hoc factum^c, beatus Florianus amplius honorificabat^d Deum et semper se christianum profitebatur^e.

(8). Tunc^a praeses, cum se superatum videret in omnibus, dedit in^b eum sententiam et iussit eum duci ad fluvium Aneso^c et ibi^d praecipitari^e de ponte. Quarto itaque^f Nonas^g Madias^h iussiⁱ a praeside milites ducebant^k eum. Beatus vero^l Florianus, datam^m in se huiusmodiⁿ sententiam, ibat^f gaudens et exultans in vitam aeternam, quam Dominus promiserat^o diligentibus se. Cumque^p etiam, quasi ad lavacrum duceretur, ita hilaris pergebat, pervenerunt ad locum, ubi eum habebant^a proicere; ligaverunt ei lapidem ad collum eius^r. Rogavit^s autem^t milites, qui eum duxerant^u, ut permitterent eum orare^v Dominum. Stans autem contra^w orientem beatus Florianus^x, extendens^y manus suas ad caelum^z, dixit^a: 'Domine Iesu Christe, suscipe animam meam'. Et oravit quasi unius^b horae spatium^c, ita ut revererentur^d et timerent eum tangere, qui eum duxerant^e. Tunc adveniens quidam^f plenus rabie, et^g dixit ad eos^h: 'Quid statis et

Cap. 7. a) aut — factum b. Fl. om., pergunt et a. A 1a. b; hia-
tum supplevit, haec post esse dicebat (l. 4) addens: Tunc praeses iussit —
confringi. Quod beatus Florianus totum cum gaudio suscepit et glorifi-
cabat Deum A 1b; non hiat A 1c. b) clavis acutis figi A 1c; configi
coni. Henschen. c) ita pr. m. A 2a; Hoc autem cum factum fuisset
A 2b; Hoc facto A 3. 4a. b. d) ita A 1a. b; glorificabat rell. e) ita
rell.; confitebatur A 1c; esse dicebat pro p. A 1a. b.

Cap. 8. a) ita A 1a. b. c; iniquissimus add. rell. (cf. c. 11, n. f).
b) ei pro in eum A 2a. b. c) ita A 2a; Anesi A 1a. b; Anesum A 2b.
4a. b (e corr. Anesium); An: sum m. al. corr. Anasum A 3; Anensem
A 1c. d) om. A 1a. b. c. e) praecipitare A 3. f) ita A 1a. b; om.
rell. g) k. A 2a. h) ita A 2a; Ma: ias, ras. g A 1a; Mai: A 1b;
Mai. rell. i) ita A 1a (ubi iussi:; ras. t?). b; immutatus A 1c; iussi —
d. eum om. rell. k) eum d. A 1b. l) ita A 1a. b. c; v. om. rell.; servus
Dei add. A 1a. b. m) ita A 2a. b; data — sententia rell. n) huiusmodi
A 2a. o) ita A 1a. b; promisit rell. p) ita A 1a. b; ita hilaris per-
gebat, q. ad l. d. Cum autem pervenissent (ita A 2a; pervenisset A 2b.
3. 4a. b) rell. q) ita A 1a. 2a. b; debebant A 1c; deberent A 3. 4a. b.
r) ita rell. cum M. Hier.; om. A 1a. b. c. 2b. s) Rogabat A 2a. b.
t) ita A 1a. b; beatus Florianus add. rell. u) ita A 1a. b (cf. infra l. 20);
tenebant rell. v) D. o. A 1a. c. w) ita A 1a. b; b. Fl. om. A 1c; b. Fl.
c. o. rell. x) et add. A 3. 4a. b. y) ita rell. cum P. Ir.; e(g)levans
A 1a. b; expandit A 1c. z) ita rell. cum P. Ir.; caelos A 1a. 2a. a) dixit
— meam. Et om. A 1a. b. c. b) om. A 1a. b. c) ita A 1a. 2a (pr.
m.); spacium A 1b. 2b; spacio A 3. 4a. b. d) ita A 1c; revererentur, m.
al. in marg. add. vel revererentur A 1a; reverentur A 1b; vererentur
A 2a. b. 3; r. et om. A 4a. b. e) adduxerant A 1a. b; duxerunt A 1c;
cf. l. 15. f) ita A 1a. b. c; juvenis A 2a. b; quidam juvenis A 3. 4a. b.
g) ita A 1a. b. 3; om. rell. h) ita A 1a. b. c; milites rell.